



Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

Burchardus <Wormaciensis>

Parisiis, 1549

De his qui iam peccare cessauerunt, & perfectè poenituerunt. vt communio
eis in ipsa poenitentia cededatur. xli.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10722

D. ABURCHARDI EPIS .VVORMAC

est, ut veraciter ex corde se grauiter delinquisse confiteantur
& per ieiunia & eleemosynas, vigiliasque ac sacras orationes
cum lachrymis se purgare contendat, & sic se ad peccatum
veniae pro misericordia Dei peruenire confidat.

Vt inter pœnitentes publice & obsonse discretio seruanda sit. Cap. XXXVII.

Ex cœcil. Moguti, cap. 21. **V**T discretio seruanda sit inter pœnitentes, qui publice
& qui absconsè pœnitere debeant.

De illis qui negligunt pœnitentiam.

Ex cœcil. Cartha, cap. 75. **V**T negligentiores pœnitentes, tardius recipiantur.
Vt pœnitentem ex corde magna exhilaratione factores suscipere debeant. Cap. XXXIX.

Ex dictis Basilij episcop. **P**OEnitentem ex corde ita oportet suscipi, sicut dominus ostendit, cum dicit: Quia conuocauit amicos suos
& vicinos, dicens: Congratulamini mihi, quia inueni ouena
meam quam perdideram.

Vt secundum differentiam peccatorum, episcopi arbitrio pœnitentiae tempora decernantur. Cap. XL.

Ex cœcil. Africa, cap. 10. **V**T pœnitentibus secundum differentiam peccatorum,
episcopi arbitrio pœnitentiae tempora decernantur,
& vt presbyter inconsulto episcopo non reconciliet pœnitentem, nisi absentia episcopi necessitate cogente. Cuiuscunque autem pœnitentis publicum & vulgarissimum
crimen est, quod vniuersam ecclesiam cōmouerit, antedictum manus ei imponatur.

De his qui iam peccare cessauerunt, et perfecte pœnituerunt, ut communio eis in ipsa pœnitentia concedatur. Cap. XLI.

Ex cœcil. Laodice, cap. 2. **D**E his qui diuersis facinoribus peccauerunt, & perseverantes in oratione cōuerisionem à malis habuere perfectam, pro qualitate delicti, talibus post pœnitentia temporibus impe nsum, propter clemētiam & bonitatem Deicommunio concedatur.

De lapsis quomodo eos fraterno affectu corripere, & consolari debeant, ut non incident in insidias diabolique, et desperent. Cap. XLII.

Ex epist. Calis. pa. **S**Ed si aliquis lapsus quoquo modo fuerit, portemus eum
& fraternali corripiamus affectu, sicut ait beatus Ap-